

quid si honorem per quinquennium agitent? quintuplicari prossus magistratus,<sup>b</sup> subueriti leges, quæ sua spatio<sup>c</sup> exercendæ candidatorum industria<sup>d</sup> quærendisque aut potiundis honoribus statuerint. Fauorabili in speciem oratione vim imperii tenuit; <sup>e</sup> censusque quorundam senatorum iuuit. Quod magis mirum fuit, quod preces M. Hortali nobilis iuuenis in paupertate manifesta superbius accepisset. Nepos erat oratoris Hortensi<sup>f</sup> inlectus à diuo Augusto liberalitate decies seftertium duce-re vxorem, suscipere liberos, <sup>g</sup> ne clarissima familia extingueretur. Igitur quatuor filiis ante limen curia<sup>g</sup> adstantibus, loco sententia<sup>g</sup>, quum in palatio senatus haberetur, modò Hortensi inter oratores sitam<sup>h</sup> imaginē, modò Augusti intuens ad hunc modum cœpit: Patres conscripti, Hos, quorum numerum, & pueritiam videtis, nō sponte sustuli, sed quia princeps monebat, simul maiores mei<sup>i</sup> meruerant ut posteros haberent. Nam ego qui non pecuniam, non studia populi, neque eloquentiam gentile domus nostra<sup>j</sup> bonum<sup>k</sup> varietate temporum accipere vel parare potuisse<sup>m</sup>, satis habebam, si tenues res meæ nec mihi pudori, nec cuiquam oneri forēt: <sup>n</sup> iussus ab imperatore vxorem duxi. Enī stirps & progenies tot consulum, tot dictatorum. Nec ad inuidiam ista, sed<sup>o</sup> conci-

## OBSEERVATIONES.

a Quod magistratus sunt diuturniores, hoc sanè constat esse poteniiores.

b Si quando accidit viri, quod contra principis autoritatem tentatur, id etiam fiat aduersus leges, exclamat princeps, non quidem insignitè sibi iniuriarum fieri, id enim dissimulare debet, sed subueriti leges, quæ debent esse sacra sanctæ subueriti iura, cuerti remp.

c Quod frequenter habentur comitia magistratibus creandas, hoc magis industriam candidatorum exerceri constat.

d Et quærendis, & potiundis honoribus tempus debet esse præstatum.

e Nouus princeps quod plura dominationis sua subidia firmet, ac pareat, virorum illustrium pauperis census i. fortuna, augere debet, ut eos hac ratione sibi firmet.

f Ad principis curas maxime pertinet, prouidere, ne clarissime familie, propter egstatem extinguantur, critique ei semper honorificum, ipsius liberalitate factum esse, ut propagata sit stirps hominum clarissimorum.

g Viri clarissimi, deque rep. optimè meriti, adeò sunt fauorabiles, ut videatur interesse reip. ne eorum proles extinguantur; quandoquidem à posteris illamet expectantur, aut etiam maiora ius, quæ præstata sunt à maioribus. Nec dici possunt pro generis nobilitate, quam nonnulli pernimum, quia virtutem non possunt ostentant.

h Qui aliquid sibi concedi mirè cupit, à quibus id petit, hos obtestetur per ea, quæ ipsis scit esse charitatem, quorunque charitate commoueri eos constat.

i Homines virtute præstantes digni sunt qui posteros habeant.

k Quædam sunt dotes adeò quorundam hominum proprie, ut verè possint dici alicuius domus bona genitila.

l Temporum varietatibus ea persepe tribui solent, quæ desidiae, ignavia, ceterisque vitijs fortasse verius adscribi possent.

m Nobilis, cui res domi est tenuis, debet prospicere, ne sibi paupertas pudori, neque cuiquam sit oneri.

n Quod tuo insu feci, id si fraudi mihi esse patet, palam iniquus es.

o Misericordiam haud dubie nobis conciliamus comparatione maiorum nostrorum hominum præstantissimorum, & clarissimorum cum nostra præsenti fortuna, si est tenuis, magis propter varietates, & calamitates temporum, quam nostra culpa.